Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31294
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



71

contrahere matrimonium Si vero post factum matrimonium secretum castitatem non petit solutum matrimonium et ita intelligendum est de aliis impedimentis Quae autem sint impedimenta matrimonium in hiis versibus continentur Error conditio votum cognatio crimen Cultus disparitas vis ordo ligamen honestas Si sis affinis si forte coire ~~nequeas~~ nequeunt haec facienda vetant connubia facta retractant Praeter ista quinque impedimenta quae impediunt matrimonium contrahendum et dirimunt iam contractum sicut tempora ferias ista vetant fieri ~~permittit~~ permittit sed tenere quae qualiter intelligi debent Dicendum est de uno quaque eorum

Capitulum nonum de impedimento erroris matrimonii

Numeratis omnibus impedimentis dicendum est de uno quaque eorum Et primo de impedimento erroris personae quia ex sua natura non est institutum esse matrimoniale consensum excludit quia qui errat non consentit ff. de iur. dict. or. iudi. l. si per errorem et errantium voluntas nulla est ut C. de iur. et fac. igno. l. cum per testum et l. non idcirco vir si uxorem vel vir errat in matrimonio contrahendo nullum est consensum qui solus facit matrimonium Nam per triplex potest esse error circa personam unum in ipsius personae ut si credat de petro quod sit iustus errat circa personam Alius est error fortunae ut si de paupere credat quod sit dives Alius est error qualitatis ut si de nobili credat quod sit nobilis vel de corrupta quod sit virgo modo error personae